



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 16. De impedimento sanguinis attento iure naturæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

109. triennium, si contingat coniugē fugere ob alterius impotē-
tiam, is nō potest cogi redire, doteē admissa impotētia obie-
ctionis decidatur argumento cap. Caufau De probatori-
bus: vbi viro negatur restitutio vxoris se monachā virginem
profiteritis, donec iudiciali sententia quid agi debeat decer-
natur. Pluribū tractat de hāc te Sanchez lib. 112.

S E P T I M V M documentum est: Cum tres sint praecipue
causæ impotentiarum, quæ matrimonium dirimitur, ad quas
extera possunt reduci: frigiditas viri, auctoritas foeminae, &
maleficium contingens siue in utroque coniuge, siue in al-
tero tantum: restaurandum esse matrimonium quando
experimento deprehenditur erratum esse in illius dissolu-
tione. Siue facta sit ob vbi i frigiditatem: prout habetur ex 33.
q. 1. cap. 1. & 2. atque ex cap. 1. & 5. De frigidis & maleficiatis:
dum decernunt matrimonium dissolutum ratione frigiditatis
viri, instaurandum esse si postea contingat eundem vi-
rum ad alias nuptias transire. Intellige cum matrimonij cō-
summatione, prout intelligendum esse bene ostendit Sanchez lib. 7. disput. 99. num. 3. & 4. vbi plures alios citat: & to-
tam eam rem plenius consequenter tractat. Siue facta sit
dissolutio ob foeminam auctoritatem, prout habetur ex cap.
Fraternitatis §. 2. De frigidis & maleficiatis, per hāc verba
de quadam cui aliquid tale contigit. Sententia diuotij
per errorem licet probabilem, nouimus esse prolatam, cum
pateat ex postfacto, quod cognoscibilis erat illi, cuius simili
commisetur, & ideo inter ipsam & primum virum
dicimus matrimonium extituisse. Quare inter eam & praefatu-
rum Gu. matrimonium non esse censemus, eosque pre-
cipimus ab iniunctem separari. Ad cuius decreti plebiam in-
telligentiam videndum est Sanchez in sequenti q. 2. Siue
facta sit dissolutio ob impotentiam ex maleficio, non
restaurari matrimonium, si maleficium secundum contra-
tractum consumetur aut fornicetur, habetur ex cap. finali
33. quæst. 1. Id quod Sanchez ibidem quæst. 3. tractat, limita-
tum tribus exceptionibus. Prima est, quando sententia
dissolutionis matrimonij non est legitime lata: tunc enim
debet matrimonium instaurari (vt error sententiae dis-
solutionis reparetur) donec adhibeantur omnia requisita ad
dissolutionem, qualia sunt triennium experientiarum, &
probationes legitimæ, seu quas ius ad id requirit: vt iuramen-
ta coniugij & septima manus propinquorum, & inspe-
ctione cum opus fuerit. Secunda est: si impotenta sit ad
omnes (quod non contingit communiter) quia talis impoten-
tia, eadem est ratio ac prouentius ex frigideitate. Tertia
est: si vir foemina, à qua ratione maleficium separatus est,
fornicatio cognoscit: quia inde intelligetur impedimentum
non suiss: perpetuum. Multa sunt quæ de eadem mari-
monij restauratione tractat Sanchez in reliqua parte eiusdem
disputationis, & duabus sequentibus: apud quem vt alia,
quæ tantum delibauimus accuratoris doctrinæ studiofus
videre poterit.

C A P V T XVI.

De impedimento sanguinis attento iure nature.

S V M M A R I V M.

110. Iure naturali consanguinitas impedit matrimonium: &
quid sit consanguinitas.
111. Duplex linea consanguinitatis utraque habens suos gradus,
& quo modo.
112. Affinitas est consanguinitatis comes: & quo modo.
113. Tres modi quibus matrimonium illicitum esse potest de iure
naturali.
114. Matrimonium contrarium in 3. aut 4. gradu quomodo sit
iure nature illicitum: & quomodo contrarium in 1. vel
2. gradu.
115. Gradus in 18. cap. Lenitici prohibiti tanquam aduersantes
rationi: & obiectione in contrarium cum solutione.
116. Insta causa dari non potest matrimonio patri, cum propria
filia.
117. In alijs gradibus dari potest: & quæ.

Valely Par. III. Tom. 3.

118. Patri cum filia matrimonium est iure naturæ non modis
licitum, sed etiam inuidum: & quo modo.
119. Diff. ult. An idem sit dicendum de aliquibus aliis gradibus:
vt de coniugio fratris cum sorore.

trc:

EX sanguine impedimentum matrimonij iure naturæ
nascitur, quando illo iuncti, non reputantur duo, quæ-
cum ratio exigit ut per matrimonij fiant duo in carne una,
iuxta illud Genes. 2. Relinquit homo patrem & matrem, &
adhæreibit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quibus
verbis indicatur etiam naturali lege, matrimonij que in institu-
tione, homines per matrimonium debere aliqui alteri ad-
hædere quam patri vel matri. Et confirmatur: quia ex natu-
ra matrimonij, mulier debet subdita esse viro, ac si. ul so-
cia, tamquam ei par in matrimonij usu ad liberorum procrea-
tionem. Talis autem subiectio vel societas inter parentes &
filios aduersatur iuri naturali, declarato per quartum præce-
ptum Decalogi: ex quo filii semper debent parentibus sub-
iectiori, & reuerentiam quandam peculiarem, quæ cum
usu coniugij stare non potest. Id quod de seita pater in hoc
primo consanguinitatis gradu & omnes Doctores vnamini
consensu admittant (vi notat Sanchez lib. 7. disput. 51. num.
7.) irritum esse iure naturæ matrimonium, quod in eo contrahitur.

An autem idem contingat in aliquibus aliis consanguini-
tatis aut affinitatis gradibus, difficultatem habet: quia ex
professo tractare est ioholastici instituti. Quæ autem ad in-
stitutum nostrum sufficere posse videntur, paucis comple-
tis aliquo propositionibus: quibus declaratur quando ex-
tali impedimento matrimonium sit naturali iure inualidum,
aut saltem illicitum.

P R A E N O T A N D V M est autem primo, consanguinitatem
communiter definitoriam à Theologis, quam à iurisperitis,
vt Sanchez meminit lib. 7. disput. 50. vinculum quod oritur in-
ter illas personas, quæ ab eodem sibi seu parente propin-
quo descendunt carnali propagatione. Vbi adverte non di-
cimiliciter ab eodem parente; sed ab eodem parente pro-
pinquo, coquod consanguinitas deficiat tandem cum longi-
us progreditur: nam alioquin omnes Adami filii, essent
consanguinei. Quade re late Sanchez in sequenti disput. 51.
quæst. 2. Quarta autem esse debet talis propinquitas, vt ma-
trimonium per consanguinitatem reddatur inuidum
(quod tradere nostri instituti est) spectato quidem naturæ
iure, declarabitur in hoc capite: spectato vero iure Ecclesia-
sti, intelligi poterit ex dicendis in sequenti titulo de ea-
dem consanguinitate, prout iure illi impedimentum est
matrimonij.

P R A E N O T A N D V M est secundo, duas in institui linea
consanguinitatis, singulas cōcidentes suos gradus, per quos
de prædicta propinquitate cōfert, quanta sit. Prior linea di-
citur recta; secundum quam multi ab uno sic descendant, vt
inter se vnu sit ab altero procreatus: vt pater, filius, nepos,
pronepos, abnepos. Quæ cadem numero, dicitur deficē den-
tium: quando à genitoribus ad genitos fit progressus: vt in
exemplu propolito: ascendentium vero quando contra, fit
progressus à genitis ad genitores dicendo filius, pater, avus,
proavus, abavus. Posterior linea est obliqua, seu collateralis,
aut transuersa, secundum quā multi ab uno sibi, id est pa-
tre descendant, originemque ducunt: vt duo fratres, filii i-
psorum, duo nepotes eorumdem fratum: id est filii filiorum
iurorum & sic consequenter.

In iūdem autem lineis, ad instar scalarum, distinguuntur
gradus: qui sunt habitudines distantiæ personarum in eis
constitutarum: ex quibus cognoscitur quota consanguini-
tatis distantiæ eadem persona inter se differant. Nam vt in
scala locu illi, in quo primum ponimus pedem, dicitur pri-
mus gradus scala, & locus in quo post illum proxime, dicitur
secundus, & in quo tertio loco, diciter tertius, & sic de cate-
ris: ita in linea consanguinitatis, & quæ est velut scala ex
pluribus personis subordinatis constituta: persona illa quæ
primo loco occurrit, facit primum gradum: quæ secundo
loco, secundum gradum: & sic deinceps.

Atque ita in recta linea descendunt, quoniam stipes
est pater vel mater: & persona quæ proxime occurrit des-
cendendo, est filius vel filia, quæ vero secundo, nepos vel

Rrr 3. nepos,

nepos: quæ tertio, pronepos vel pronepos: quæ quarto ab nepo vel abneptis: in primo gradu est filius, vel filia, & sic dealii. In linea vero ascendentium, quia stipes est filius vel filia, & proxime ocurrunt pater vel mater; secundo vero loco aius vel aia; tertio abauia; vel abauia; quartu proauus vel proauia; in primo gradu erunt pater & mater, & sic consequenter. Eadem ratione in linea laterali post stipitem, hoc est, patrem & matrem, primo occurrentes duo fratres, sunt in primo gradu: & secundo occurrentes duo nepotes, sunt in secundo gradu: & sic deinceps, quod plenus in sequenti titulo exponetur suo loco.

P R A E N O T A D V M est tertio, consanguinitatis comitem esse affinitatem: matrimonium quoque dirimentem, non modo iure Ecclesiastico, de quo in sequenti titulo, sed nonnunquam iure quoque naturali, in quo nunc versamur. Contingit autem affinitas inter eos qui inter se coniunguntur, non quidem per propagationem sanguinis, sed per unionem duorum in unam carnem. Quia enim per carnalem copulam vir & feminam fiunt una caro: inde est quod consanguinei viuis illorum, efficiantur affines consanguineis alterius: nempe parentes, & fratres, ceterique consanguinei vxoris, efficiuntur affines mariti: & contra parentes & fratres ceterique consanguinei mariti, eodem modo efficiuntur affines vxoris; non autem consanguinei viuis coniugis sunt affines consanguineis alterius: sed solum illi ipsi coniugi: idque taliter, vt in quo gradu sunt vii coniugii consanguinei, sunt in eodem affines coniugii. Stet ergo quod consanguinitate pater est, aut frater, aut aius, aut nepos sponsi, particeps est sponsa pater, aut frater, aius, aut nepos affinitate, & ita de ceteris, adhuc cognito gradu consanguinitatis in quo quis coniungitur vxori, cognoscatur simul in quo gradu affinitatis coniunctus sit marito ipsis. Ex vice veria cognitio gradu in quo quis viro coniungitur consanguinitate, simil cognoscatur, in quo gradu affinitatis coniungatur vxori illius.

P R A E N O T A D V M est quarto, Matrimonium posse habere duplex impedimentum iure naturae. Prius est, quod facit matrimonium illicitum sed non inuidum, id est, cum quo contrahentes peccant quidem, sed matrimonium contractum non est inuidum. Huiusmodi est impedimentum mali finis, aut iniuria proximi. Sunt & omnia que dicuntur impedimenta minoria, de quibus in sequenti titulo 3. Posterior est, quod reddit matrimonium tam illicitum quam inuidum: quale est omne impedimentum maius, quo cum faciat matrimonium inuidum simul reddit ipsum illicitum: quandoquidem si inuidum est, copula consequens et fornicatio: & ita qui illud contrahunt, obligant se ad fornicationem: unde manus simul est ipsius esse illicitum.

P R A E N O T A D V M est quinto, Matrimonium iure naturae illicitum esse tibus modis: sicut ea que sunt contra ius naturae, sunt in triplici differentia. Nam quedam ita sunt contra ius naturae, vt ob nullam causam, nullamque circumstantiarum mutationem fieri possint licita; ut mentiri, fornicari, odire Deum, & cetera, que dicuntur intrinsecemala. Quedam vero sunt quidem contra ius naturae, ex se considerata: tamen propter aliquam grauem causam, aut aliam circumstantiam, aliquando possunt licite fieri: ut occidere hominem, non reddere debitum, non stare promissum, non seruare votum Deo nuncupatum. Nam propter magnam necessitatem illa sicut ualidum quando licita. Quedam denique sunt, que ratio naturalis docet minus honestas, minusque Reipub. vilia: contraria vero, vtiliora essentia sunt illa, in quibus propriè locum habet lex humana: quia cum lex naturae non condicione penitus, tanquam illicite lex humana constituenta obseruanda est: eorum contraria, deficit plane illicitum. Huiusmodi sunt pluralitas beneficiorum incompatibilium in uno eodemque Clerico: venditione officiorum publicorum, & alia non pauca.

*Quid tenendum sit de proposito consanguinitatis
impedimento, aliquot propositionibus
explicatur.*

P R I M A propositio his prænotatis sit, Gradus sive consanguinitatis, sive affinitatis iure tantum humano pro-

hibitos, vt tertiam & quartum efficiere matrimonium iure naturali illicitum tertio modo: adeoque in proprio: nempe illud efficiendo tantummodo minus licitum: eo nomine scilicet, quod ratio dicitur honestius & Reipub. vilius est cum talibus gradibus non contrahere matrimonium, quam contrahere, prout in sequentibus expontetur. Vnde ita, vi Superior, qui sine causa (quod Concil. Trient. ses. 2. 4. cap. 5. De reform. maritim. prohibet) in istis gradibus dispensat, peccat tanquam concurrens ad id quod est minus licitum: nisi dispensati, valida nihilominus contrahant, nisi in imperanda dispensatione si sint subreptione quia, vt supponimus, per sufficentem potestatem Superioris sublatum est tale impedimentum.

S E C U N D A a propositio est: Primum & secundum gradum consanguinitatis & affinitatis efficiere matrimonium iure naturae illicitum secundo modo: hoc est, illicitum nisi interuenerit grauis causa illud contrahendi. Ad hanc probationem facit, quod in citato cap. 5. Concil. Trident. precipit, vt nonnunquam in secundo gradu dispensetur, nisi inter magistros Principes, & eis publicam causam. Per quod sat is indicat matrimonium in istis gradibus contractum, sic ratione aduersari, vt causa grauis possit illud iustificare. Cen- ter quoq; potest facere, quod Leuitici 18. talis connubia prohibeantur tanquam aduersantia recte ratione. Inde enim intelligitur, quod eti obligatio in lege Euangelica ablinenda a matrimonio in talibus gradibus, non sit ex eo, quod prohibiti fuerint in lege veteri: tamen esse illicitum iure naturae in illis contrahere: quia talis contractus pro libito sine peculiaribus circumstantiis cohonestatus initus, indecentiam quamdam naturalem continet. Pro cuius pleniore intelligenti videri potest Sanchez De matrimonio libro 7. disput. 52 num. 6. 7. & 8.

Atque quod dicimus Leuitici 18. prohiberi connubia in 1. & 2. gradu tum consanguinitatis, tum affinitatis, patet: quia recta linea consanguinitatis prohibetur matrimonium in secundo gradu: nempe avi cum nepte, & nepotis cum avia: & in linea collaterali, prohibetur matrimonium in primo gradu, nempe fratri cum sorore, sive ex uno sive ex triro parente: & in secundo matrimonium nepotis cum amita aut materterta. In recta vero linea affinitatis, prohibetur coniugium filii cum nouerca, & patris cum nuru: itemque virtri cum priuigna, vel cum eius filia: ac in obliqua, coniugium cum uxore fratri, & cum sorore vxoris haeviante, & cum uxore patri. Inter quae coniugia contraria cum patre cum filia priuigna: & contractum a nepote cum uxore, patrui, est in secundo gradu, reliqua in primo. De coniugio patris cum propria filia, aut nepotis cum avia sua, non sit quidem ibi expressa mentio: sed cum par sit ratio illius, ac aliorum, que commemorantur, sensendum est pariter prohibitum.

Quod autem addimus, eadem tanquam ratione aduersantia prohiberi patet ex eo, quod ibidem habetur convenientem tali prohibitioni, reuelare turpidinem parentis vel propinquorum. Quod est, tale matrimonium habere coniugiam turpidinem adeoque iure naturae esse in honestum, & per consequens illicitum: tanquam alienum a ratione. Accedit quod sub finem eiusdem capituli 18. habebatur, Deum propter cuiusmodi peccata exterinasse gentes que ante fuerant in terra promissionis: nam et obligabantur tandem ad legem naturae.

Consequens est ex hac propositione, quia sive in coniugio in primo vel secundo gradu sive consanguinitatis sive affinitatis illicitum efficiere naturae, non possit in illo, ne quidem a Papa dispensari: nisi interueniat causa legitima, que illud iustificet: cum alias maneat illicitum iure naturae: neque humana dispensatio cadat in id quod illicitum est tali iure: cuius institutor est Deus, cuius decretum tollerere nemo potest.

Sumitur ex eadem hac propositione ratio, curille qui in eisdem commisit in primo vel secundo gradu, debet in confessione gradum illum exprimere. Contra eam vero potest obiectum, quod in cap. Gaudemus De diuortiis: infidelibus, qui contraherunt in secundo gradu, quod eos ficto, permitteatur ut ad fidem conuersi in eis matrimonio permaneant. Cui obiectio respondendum est in care interuenienti re iustam causam dispensandi cum illis, quia in eodem cap.

attingitur, fauorem nimis Christianæ religionis & fidei: netimore separationis, vir sc̄minam, vel contra sc̄mina vi- rum reuocet ab illius susceptione. Vbi adverte obiter tale matrimonium dici licitum non quidem simpliciter: sed quoad eos, seu eorum opinione, quæ sicut & in multis aliis, erronea esse potest.

TERTIA propositio est: Nullam dari causam iustum contrahendi matrimonium inter patrem & filiam, aut inter matrem & filium. In hac facile consentiunt Theologi, propter naturam legem singulorum cordibus impressam, qua abhorrent à tali matrimonio. Legendum est Sotus in 4. distin. 40. art. 3. Vbi quamvis reprehendat Cajet. tenentem propositionem hanc procedere, etiam in causa necessitatibus propagandi genus humanum, ut quando in mundo tantum superflue pater & filia: attamen pro Caet. ipso aperte facit, quod Genes. 19. filii Loth. etiam si existimat se in mundo solas superflue, certo tamen sc̄bant patrem suum nunquam esse illis consensurum in eo incertu, nisi ipsum inebriasset: quemadmodum notatum est à D. August. in lib. 22. contra Faustum cap. 43 & 44. Vnde factum illud Loth omnino damnatur in cap. Sexto die, §. Legimus, distin. 35. & in cap. Inebriauerunt 15. quæst. prima: vbi tamen excusat à culpa tanti criminis, ob defectum usus rationis, quæ cibris patitur. Quocirca tale matrimonium illicitum est primo modo, ex traditione 113. ac proinde ita illicitum, ut nulla ex causa sit dispensabile.

QUARTA propositio est: In aliis gradibus etiam primis, posse dari causam propter quam contractū in eis matrimonium consideratur licitum. Probatur, quia cum in mundo tantum sc̄bent frates & sorores initio generis humani, huius propagatio, sufficiens causa fuit cur sc̄buerit fratribus sorores accipere in coniuges, quemadmodum D. Augustinus attigit relatus in cap. Cum igitur 35. quæst. prima. Quod idem est de ceteris consanguineis iudicium cum post patrem & filium, proximus omnium gradus sit inter fratrem & sororem. Iam causa propter quas in talibus gradibus matrimonium licitum, atque adeo dispensabili iudicari possit, sunt tres. Prima est nec essitas, nempe cum non potest haberi alia vxor ut accedit in mundi initio. Et quanvis talis necessitasiam non habeat locum in priuatis personis, potest tamen aliquando habere in magnō Princeps, qui nequit aliam inuenire vxorem præter consanguineam quæ ipsius dignitatem respondet. Secunda est, ut teruetur vera religio: mulieres enim facile peruerunt corda virorum ut docuit exemplum Salomonis: ob quam causam parentes Iacob ei præcepit Genes. 28. ne acciperet uxorem de filiabus Canaan, sed de filiis Libani aunculii sui. Tertia est conservatio pacis & amicitia, præfertim inter propinquos. Ob quam causam idem Jacob Genes. 29. accepit duas sorores in uxores, quod prohibetur Leuit. 18. Id enim fecit suus Laban, n̄ in tunc eos oriretar.

QVINTA propositio est: Matrimonium patris cum filia, non modo illicitum, sed etiam inuidum esse iure natura. Huius ratio sumitur ex prima institutione matrimonij, facta à Deo in Paradiso. Ita enim institutum esse tunc matrimonium, ut possit esse sacramentum nouæ legis, nepe sensibile signum repræsentans coniunctionem Christi cum Ecclesia, ex cap. 5. epist. ad Ephes. Ad quem finem duo erant necessaria, quæ explicitur Genes. 2. Alterum est, ut homo in matrimonio relinquit patrem & matrem. Cui rei omnino repugnat ut persona coniungatur per matrimonium cum patre vel matre. Alterum est, ut per matrimonium coniuges efficiantur una caro (ac proinde antea nō fuerint) sicut nec Christus ante incarnationem, fuit nobiscum una caro) cui etiam rei omnino repugnat matrimonium cum proprio parente: quandoquidem proles ante tale matrimonium est ipsa una caro cum parente, quia est ex semine sanguineque eius. Itaque gradus cuiusmodi dictur iure naturali efficere matrimonium inuidum: non quod rationeli natura id cognoscatur, sed quia eo ipso quod institutum est matrimonium: illi ab exordio mundi adiuncta est talis proprietas, sicut sunt & aliae, quæ tanquam profectæ à divina lege naturali, ei naturaliter conuenire dicuntur, quales sunt requiriere contrahentium consensum: non possit essendi vi- nus cum una: nec admittere secundari uxorem vel secun-

dum maritum priore adhuc viuente. Vnde infertur tale matrimonium nullo modo posse Ecclesiæ autoritate fieri validum, sicut nō licitum.

An idem dicitur debet de matrimonio in secundo gradu consanguinitatis secundum rectam lineam, quale est avi cuī nepte: & in primo gradu: siue consanguinitatis secundum lineam literalē, quale est frati's cum fratre: siue affinitatis secundum rectam lineam, quale est noueræ cum priuigno: controuersia est inter Theologos, quam late tractat Sanchez in lib. 7. dispu. 52. a. num. nono. Nobis sufficere potest, quod eti pars affirmans videtur securior, negantem tamen in quam plures idem citat n. 10. non carere probabilitatem, quia si tale matrimonium sit inuidum iure natura, id erit vel quia est codem iure illicitum, vel quia matrimonii proprietas illi repugnat: sicut dictum est de matrimonio inter parentem & prolem propriam. At prius dici non potest: quia quamvis fieri non possit ut matrimonium inuidum sit, qui simul sit illicitum, cum copula ipsum subsequens, sit fornicatio (id coque illud contrahentes obligent le ad perpetuam fornicationem.) Sepe tamen contingit matrimonium: sicut illicitum, non item esse inuidum: ut quando quis illud contrahit malo fine, vel cum heretica, aut Judaica, aut Pagana, vel post facta sponsalia cum una, contrahitur matrimonium cum alta, vel post factum simplex votum castitatis, vel denique contra iustum patris voluntatem, ut fecit Esau Genes. 28.

Nec etiam necesse est posterius dici: quia derelinquere patrem & matrem magis est proprium matrimonio, quam derelinquere alios parentes: cum per illud magis expresse significetur id quod spectat ad Christi cum Ecclesia coniunctionem, indicatum verbis illis Ioann. 6. Exiū à Patre, & veni in mundum. Deinde frater & soror non sunt regi sibi una caro: quia frater non descendit à sorore, nec soror à fratre: nec item neptis cum aucto est una caro proxime & per se, sed solum remota, & peraccidens: ut patet ex eo, quod filius esse possit etiam nunquam haberit auctum, quemadmodum contigit filii Adæ. Videri potest Cajet. 2. 2. quæst. 154. art. 9. circa reponitionem ad 3. vbi eamdem partem negantem tuerit: ex eaque concludit posse Papam, iusta scilicet de causa, cum omnibus personis coniunctis dispensare ut matrimonium contrahant, nisi cum patre & filia, & cum matre & filio. Quamecum non est vitaum in Ecclesia ut dispensatio detur in gradibus illis de quibus controuersiam esse dicimus. Vnde magnam probabilitatem accipit sententia contraria, hoc est, in eis matrimonium iure natura esse iritum, quam idem Sanchez sequitur, aliquot alios in sequenti num. 11. pro ea etiamsi, inter quos est Gregor. à Valentia tom. 4. dispu. 10. quæst. 5. puncto 3. cum agit de cognitione, versu Sed tamen contraria sententia. Nihil autem referre videtur veram quis sequatur.

De catena autem gradibus nulla est controuersia, quia in linea recta vix contigere potest ut ab aucto sit aptus matrimonio contrahendo cum propriepte: & in linea laterali infra primum gradum Ecclesia dispensare solet: etiam in secundo gradu: licet id fieri debeat tantum inter magnos Principes, & ob publicam utilitatem ex Concil. Trid. sess. 24. De reformat. matrimonii cap. 5. in fine.

T I T U L U S S E C U N D U S.

De maioribus matrimonij impedimentis quæ turis sunt Ecclesiæ.

Quod Ecclesia possit impedimenta matrimonio apponere, quibus reddatur inuidum, certum est de fide ex Concil. Trident. sess. 24. cat. 4. Pro quo facit ratio: quia dubium non est, quin pro varietate temporum & circumstantiarum, oporteat matrimonium alio atque alio modo contrahi, ut ad eum unius Christianæ Reipub. boni conducatur: ad quod tamen ad finem institutum. Quocirca penes eum qui Reipub. Christianæ præfet, summum Pontificem inquit (cuius est tali bona consilere: ex Christi commissione dicitur Matth. 16.) est potestare, quando omne bonum exigit determinandi conditiones, cuī quibus aut sine quibus matrimonium contrahi

nequeat valide. Id quod est matrimonio impedimenta apponere.

Obijcient autem Deum in situis matrimonium: & id eo impedimenta quæ ipse non apposuit autoritatem humanam non posse apponere: respondendum est, quod cum Deus matrimonium instituerit in bonum Reip. Christianæ, noluisse illud firmum aut licitum esse, nisi ijs conditionibus, & eo modo contractum, quo ad idem bonum ex pediret secundum iudicium Ecclesiæ. De qua te videri potest Gregor. à Valent. disput. 10. quest. 5. p. 270 primo, ac etiam Thomas Sanchez lib. 7. De matrim. disput. prima. Quorautem & quæ sit istiusmodi impedimenta declaratur his versibus:

*Ordo sacerdotum, votum, nec non sponsalia firma,
Atque duplex erimen, quadruplex cognatio, raptus,
Si barbis sua deest, et as, et fles, Paro, bu' ve.*

Quorum trium versuum singulis, tria impedimenta continentur, de quibus eodem ordine quo in illis proponuntur dicemus.

C A P V T XVII.

De impedimentis Ordinis sacri, & voti.

S V M M A R I V M.

120. *Iure canonico, scilicet Ordines suscipere impeditur matrimonio iunctus: iure naturali non item.*
 121. *Due conditiones requisiæ vi i.e. impedimentum habeat locum.*
 122. *Explicatio difficultatis. An ille qui post contractum matrimonii sed nondum consummatum suscepit sacrum Ordinem tenetur ingratiæ regionem, & possit ad id cogi.*
 123. *Solum votum s' emittit, est impedimentum matrimonii: inde que de iure tantum Ecclesiastico.*
 124. *Causa inducendi talis impedimenti.*
 125. *Reponso ad fundamentum di entium per votum solenne matrimonium irritariu' et diuino.*

120.

EVM qui iam Presbyter est aut Diaconus aut Subdiaconus, si matrimonium celebrare attinet, illud esse invalidum (quod Sanchez tractat lib. 7. disput. 28. quest. priore) habetur ex cap. Presbyteris dist. 27. & ex cap. 1. De Clericis coniugatis. & ex cap. item 1. Qui Clerici vel vocentes, & ex cap. vii. De votis in 6. & ex Concil. Trident. ss. 24. can. 9. atque attentantes. ipso facto in excommunicationem incurere, habetur ex Clementina vnica De consanguinitate (cuius explicationem Sanchez persequitur lib. 7. disput. 48.) & fieri irregulares, iuxta cap. 1. & 2. Qui Clerici vel vocentes. De qua reidem author in sequenti disp. 49. & 55.

Impedimentum autem illud non esse iuriis naturæ, sed tantum iuriis Ecclesiastici (pro quo authores magno numero Sanchez ref. rr in eodem lib. disput. 28. num. 11.) probatur: quia nec est iuriis naturæ ratione Ordinis: vt argumento est quod Græci coniugati sibi ipsi sacros Ordines: & aliquid Subdiaconos contraxisserunt: habentur ex cap. Antetriennium dist. 3. & Episcopam olim dispensare potuisse vt Diaconi post ordinationem acciperent vxores, ex cap. Diaconi dist. 8. Nec item ratione voti annexi sacro Ordini: quia annum est, sicut & obligatio recitandi horas cano nicas, ex Ecclesiastice institutione, quod sibi imitarentur illius: per quam tale matrimonium invalidum redditur ex ante citato capitulo. Ininde est enim, carum simplex votum castitatis, vt bidem dicitur, non redditur matrimonium invalidum: nempe quod careat solemnitate: alioqui habens cetera, quibus ad continentiam adstringat. Adde quod sacro Ordini ex probabiliore sententia, annexa sit continentia iure tantum Ecclesiastico, quo videndum est Sanchez lib. 7. disput. 27. vbi late quæ ad eam rem pertinent, persequitur, pro scholastico in isto tuto, ad quod ea pertinet.

Dux vero conditions requirentur ut impedimentum istud locum habeat. Prior est, vt ille qui accipit Ordinem sacram, habeat vsum rationis: ante quem, si quis ordinetur,

quamvis charæterem accipiat, validæque ordinetur, non obligatur ad continentiam. Quia in re ut vix contingente in praxi, non immorabitur. Videri potest Sanchez alios citatis in eodem libro sp. primo disput. 30. Illa vero fundatur possum in eo, quod votum fuit sit expressum, fuit tacitum, requirat plenum rationis vsum. Quod si quis iam compos quidem rationis: sed nondum pubes ordinetur, possit matrimonium inire si nolit in Ordine perseverare: apud eundem ibidem videri potest. Fundamentum vero est, quod cum votum solenne emissum in religione ante puberitatem inuidium sit, erit etiam emissum in susceptione sacri Ordinis.

Posterior conditio est, vt ille sacrum ipsum Ordinem sponte suscipiat: nam qui inuitus suscipit per metum cadentem in constantem virum quantumvis vere ordinetur, non obligatur ad castitatem, prout idem Sanchez ex infinito docet in proced. disput. 29. Fundamentum est autem, quod votum etiam exp. (et multo magis tacitum) quale est sacram ordinem suscipienti, tritum sit, si per metum cadentem in constantem virum emitatur, ex cap. 1. & cap. Cum dilectus, De his quæ vi. Hincque idem author alijs citatis infert, sic ordinatum si nolit ut Ordine, liceat contrahere matrimonium, nec teneri ad recitationem horarum canoniarum. Secus si initiationem suam ratificet verbo, aut factio ut vicens, etiam si tantum semel, Ordine accepto. Itemque si iusta fuerit compulsa, vt si virgine necessitate Prelatus aliquem suum Clericum iusto pracepto compellat ad sacros Ordines promoveri: quia nullam in eo patitur iniuriam.

Occurrat autem dubium, An si quis post contractum matrimonium nec consummatum, sacros Ordines suscipiat, teneatur religionem ingredi: quod si licet, prout habetur eft in precedenti num. 37. Atque pro parte affirmante facit, quod talis, qui castitatem vobis, non possit tam seruire nisi religionem approbatam ingredietur. Cum enim vinculum matrimonii perseveret, tenebitur reddere coniugale debitum, quantitumcumque illud exigere non possit. Pro quo videri possunt quæ habet Sanchez disput. 99. num. 39. & 40. vt docet, cū ob impotentiam coeundi matrimonium dissolutum fuerit, si post deprehendatur potentiam fuisse tantum temporiam in vlo qui interea suscepit sacros ordines, ipsum esse restituendum repetenti. Verumtamen partem negantem valde probabilem facit: quod inuitum nec à Deo vocatum compelli ad ingressum religionis, sit valde durum non modo ipsi ingredienti, sed etiam religio, quæ illum patietur difficultem & ineptum ad militandum in ea Christo, qui voluntarium sibi eligit militem, vt dicitur 15. quest. t.c. Non est. Vnde sub finem Extravagantis Ioan. 12. que incipit Antiquæ, talis præcipitur in stanter ab Episcopo moneri & induci ad huiusmodi ingressum, sique renuerit adimplere, & sponsa institerit petendo matrimonii consummationem, ad eam compellatur per censuram Ecclesiasticam: vbi glossa verbo renuerit, idem annotat contra Hostiensem, qui sensu taliter cogendum esse ad ingressum religionis.

QUOD ATTINET ad votum: vt matrimonium reddit inuidium, debet esse solenne castitatis in religione approbata ab Ecclesia, quod professio dicitur. Atque iure diuino irritare matrimonium, sententia est plurimorum, quos Sanchez ref. lib. 7. disput. 26. num. 2. quam sequens Henriquez lib. 12. c.p. 5. §. 3. illius fundamentum in hoc ponit, quod professio ipsa cum sit perfecta traditio acceptata, ac spiritale matrimonium anima cum Christo: impedimentum quæ violata priori atque nobiliori traditione, possit simul tradere vxori. Præterea quod prof. illius tradendo se Deo, & Prælato acceptanti nomine Dei, a se abdicet non tantum corporis vsum, sed etiam potestatem tvendi: ita vt ipse numeretur inter eos qui Matth. 19. dicuntur se castrasse propter regnum celorum.

Verum hoc quoque impedimentum, sicut procedens, tantum esse de iure Ecclesiastico, sententia idem Sanchez pluribus alij citatis in eadem disput. 26. sub finem: nec immerito, quoniam id aperte sequitur ex eo quod statuitur in c. Rurhus, Qui Clerici vel vocentes: nempe votum simplex castitatis non minus obligare apud Deum quam solenne votum; non dirimere tamen matrimonium contractum, quamus impedit

121.